



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 100. Papa octo Cardinales creare a Cæsare rogatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

§. C.

Sæcul XVI.

A.C. 1551.

*Papa octo Cardinales creare a Cæ-
sare rogatus.*

Sub idem tempus Cæsar Reipublicæ *Pallav. hist.*
bono contra hostes suos prospecturus *Conc. Trid.*
impense summum Pontificem rogabat, *l. 13 c. 1. n. 3.*
ut quosdam Præsules purpura decora-
ret, quapropter suas preces interpone-
bat per Joannem Mauritium Legatum
suum, per quem octo Prælatos ad Car-
dinalios honores evehī petebat, ita
tamen, ut horum quatuor Cæsar no-
minaret, ceterorum vero selectus, dum-
modo natione Hispani essent, summi
Pontificis arbitrio relinquetur, hac-
que via nimis magno Cardinalium Gal-
lis addictorum numero paria Cæsareo-
rum suffragia opponerentur. Præpri-
mis quidem Papa Imperatoris precibus
deserre recusabat, ac duntaxat pollice-
batur, quod ex nominatis duos Pog-
gium, & Pertanum, quorum ille in
Hispania, alter vero in Germania Pa-
pæ Nuntii erant, sacro Collegio adscri-
bere velit, circa Petrum vero Taglia-
viam Panormitanum Archiepiscopum,
quem Carolus eligi petebat, illi sig-
nificabat Pontifex, quod facile cum hic
Præful nondum nominatus eo tempore
inter Archiepiscopos in Synodo adesset,
in reliquis invidia excitari posset, quem-
Hist. Eccles. Tom. XLI. N ad-

Sæcul. XVI. admodum in Paceci Cardinalis electio.
A.C. 1551. ne olim contigerat , quamvis hic jam.
 jam nominatus paſſim crederetur, prius.
 quam Synodum accederet. Eadem
 quoque ratio abſterrebat Pontificem,
 ne Pighinum Synodi Præfidem ad Car-
 dinalitiam dignitatem nominaret, quam-
 vis illum ceteroquin plurimi haberet,
 verebatur enim , ne Electores Archie-
 pifcopi, qui in Synodo erant , non fi-
 ne indignitate ferrent, quod iſpis Præ-
 latus dignitate inferior præponeretur.
 Denique quartus summo Pontifici mi-
 nus placebat ; is erat Hydruntinus Ar-
 chiepifcopus , eoquod is in religionis
 cauſa ad Cardinales fidei Inquilitores
 delatus fuifset.

§. CI.

*Papæ consilium de creandis Cardi-
nalibus.*

Pallav. l. 13. Sub idem tempus Papa , ut Cæſaris
cap. I. preces , ac follicitationes præverte-
ret, quatuordecim Præfules omnes natio-
ne Italos purpura honorabat, ac duntaxat
unum ſuo tempore nominandum *in pe-*
ſore, ut inquiunt , reservabat : porro
ut majorem promotorum numerum,
per quem facrum Collegium ad qua-
draginta octo Purpuratos excreverat,

ex-

